

b25448627

12

18694

CORPVS
IVRIS CANONICI
NOTIS ILLVSTRATVM:
TOMIS DVOBVS
comprehensum.



CORPVS
IVRIS CANONICI
NOTIS ILLUSTRATVM:
GREGORII XIII. IVSSV EDITVM:

Complectens { Decretum Gratiani:
Decretales Gregorij Papæ IX.
Sextum Decretalium Bonifacij Papæ VIII.
Clementinas.
Extravagantes Ioannis Papæ XXII.
Extravagantes communes.

ACCESSERVNT

CONSTITVTIONES NOVÆ SUMMORVM PONTIFICVM

nunquam antea editæ, quæ VII. Decretalium loco esse possint:

ANNOTATIONES ANTI. NALDI, cum ADDIT. NOUIS.

Et quæ in plerisque editionibus desiderabantur, PETRI LANCIOTTI Institutiones
Iuris Canonici; REGVLÆ Cancellariæ Apostolicæ: cum Indicibus, &c.

De quibus singulis Lector consulat paginam Præfationi præfixam.

TOMVS PRIMVS.



Handwritten notes in cursive script, possibly indicating library or collection information.



Sumptibus LAURENTII ANISSON.

M. DC. LXI.

CUM PRIVILEGIO REGIÆ



GREGORIUS PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.



VM pro munere pastoralis humeris nostris iniuncto id præcipuè nobis propositum habeamus, vt omni studio, diligentiaque omnes Christi fideles his præsertim tam gra-
tibus calamitosisque temporibus in recta, & Catholica fide continere curemus: ac propterea id in primis nobis agen-
dum, & prouidendum, vt omnem omnibus aberrandi ab ea occasionem subtrahamus. Dudum ob huius rei execu-
tionem, adhibitis nonnullis ex fratribus nostris sanctæ Romanæ Ecclesiæ Car-
dinalibus, adiuncto etiam aliquorum doctrina & pietate insignium virorum studio. Decretum Gratiani nuncupatum absque glossis, necnon idem Grati-
ani Decretum cum Decretalibus Gregorij Papæ Noni prædecessoris nostri, Sexto, Clementinis, & Extrauagantibus, non modo cum veteribus glossarum auctoribus, quibus cum viri pij, & Catholici fuerint, ignoscendum videtur, si quid vel ob errorem in illis, vel quia nondum pleraque à sacris Conciliis diffi-
nita fuerant, liberiùs locuti sunt: Verùm etiam cum his quæ ab impijs scripto-
ribus tam extra in marginibus, quæ etiam intra aspersa fuerant Catholicæ ve-
ritati contraria reuidendi, corrigendi & expurgandi curam demandauimus. Cùm autem ipsum Decretum absque glossis à præfatis, à nobis deputatis iam totum emendatum, & correctum, ac nonnullis annotationibus illustratum existat, ipsiusque maior pars à dilecto filio Paulo Constabili, tunc sacri nostri Palatii Apostolici Magistro vnà cum dictis Decretalibus felicitis recordationis Gregorij Noni prædecessoris nostri iam impressis, recognita & approbata sit. Reliquum verò eiusdem Decreti vnà cum annotationibus prædictis tam abs-
que glossis, quàm ipsum totum cum glossis, Sextumque & Clementinas simul,



CONCORDIA
DISCORDANTIVM
CANONVM
AC PRIMVM DE IVRE DIVINÆ
& humanæ constitutionis.

DISTINCTIO PRIMA.

HVMANVM genus duobus regitur, naturali videlicet iure, & moribus. Ius naturale est, quod in lege & Evangelio continetur, quo quisque iubetur alij facere, quod sibi vult fieri, & prohibetur alij inferre, quod sibi vult fieri. Vnde Christus in Evangelio ait: [Omnia quæcumque vultis, vt faciant vobis homines, & vos eadem facite illis. Hac est enim lex & prophetarum.]

Not. 1. ¶ Ac primum] Hoc loco in manuscriptis codicibus magna est varietas. Nam partim nulla est hoc loco inscriptio: partim verò legitur, De iure scripto & non scripto, & quod cui præponatur, & legum authoribus, & duorum malorum electione, siue dispensatione. Aut, Ac primum de iure constitutionis naturæ divinæ, & humanæ. Aut, De iure naturæ, & humanæ constitutionis, quam Dominicus de Geminiانو agnoscit, & extat, in nonnullis antiquioribus editionibus. Aut, De iure naturæ & constitutionis, quæ inscriptio maxime videtur convenire tractationi Gratiani, qui sæpe ad hæc capita revertitur, ut in initio dist. 5. 7. 8. 15. & 21. q. 1. c. si quæ causa, hunc totum locum indicans scribit: Require in principio, vbi differentia signatur inter ius naturale, & ius constitutionis. Verum tamen in hac tanta varietate, quæ, vt alie coniecturæ obstant, argumento esse potest, nullam hic à Gratiano in se positam esse rubricam, satis visum est retenta vulgata lectione ceteras inaicare.

¶ Divina leges natura, humanæ moribus constant.

CAP. I. Hinc Isid. in 5. lib. Etymol. c. 1. ait.

Omnes leges aut divinæ sunt, aut humanæ. Divina natura, humanæ moribus constant: idcirco hæc discrepant, quoniam alia aliis gentibus placent. ¶ Fas lex divina est: ius lex humanæ. Transire ò per agnum alienum, fas est, ius non est.

Ex verbis huius authoritatis evidenter datur intelligi, in quo differant inter se lex divina & humana, cum omne quod fas est, nomine divinæ vel naturalis legis accipiatur: nomine vero legis humanæ mores iure descripti & traditi intelligantur. Est autem ius e generale nomē, multas sub se continens species.

¶ Ius genus. Lex autem species est.

CAP. II. Vnde in eod. lib. Etymolog. c. 3. Isid. ait.

Ius generale nomen est. Lex autem iuris est species. Ius autem est dictum, quia iustum est. Omne autem ius legibus & moribus constat.

a Matt. 7. b per alienum] In Isid. manuscr.

c Isid. eod. c. 3. Isid. ibid. l. 1. p. 4. c. 200.

CAP. III. ¶ Quid sit Lex.
Lex est constitutio scripta.

CAP. IV. ¶ Quid sit Mos.

Mos est longa consuetudo de moribus tantummodo a tracta.

¶ Apud Isid. hæc antecedunt. Mos est vetustate probata consuetudo, siue lex non scripta. Nam lex à legendo vocata est, quia scripta est. Mos autem longa consuetudo est, &c.

CAP. V. ¶ Quid sit Consuetudo.

Consuetudo autem est ius quoddam moribus institutum quod pro lege suscipitur, cum deficit lex. ¶ Nec differt, an scripta, an ratione consistat, quando & legem ratio commendat. ¶ Porro si ratione lex constat, lex erit omne iam quod ratione consistere, duntaxat quod religioni conveniat, quod disciplinæ congruat, quod salutis proficiat. Vocatur autem consuetudo quia in communi est usu.

¶ Cum itaque dicitur non differt utrum consuetudo scriptura vel ratione consistat: apparet quod consuetudo est partim redacta in scriptis partim moribus tantum veniens est reservata. Quæ in scriptis redacta est consuetudo siue ius vocatur, b quæ verò in scriptis redacta non est, generali nomine consuetudo videlicet appellatur. Est autem & alia divisio iuris, ut in eod. lib. 5. c. 4. testatur Isidor. ita dicens.

CAP. VI. ¶ Quæ sint species iuris.

Ius e autem aut naturale est, aut civile, aut gentium.

CAP. VII. ¶ Quid sit Ius naturale.

Ius naturale est commune omnium nationum, eò quod vbiq; instinctu naturæ, non constitutione aliquo habetur, vt viri & femine coniunctio, liberorum successio & educatio, i communis omnium possessio, & omnium vna libertas, æquisitio eorum quæ cælo, terra, marique capiuntur, item depositæ rei, vel commendatæ d pecuniæ restitutio, violentiæ per vim repulsio. ¶ Nam hoc aut si quid huic simile est, nunquam iniustum, sed naturale æquumque habetur.

¶ Successio] In tribus codicibus manuscriptis Isidori, & aliquot Gratiani, legitur, liberorum susceptio & cædatio, quæ lectio convenit cum l. 1. ff. de inst. & iure, vers. hinc descendit.

a tantundem] in vris. manuscript. & aliquot Gratiani, Isidor. ibid. l. 1. p. 4. c. 161. Tertullianus in libro de corona militis. b Quando ita simpliciter, vt ex nunc statuitur, sed si consuetudo publica auctoritate in scriptis redigitur, auctoratur an dubietur & alia probatione opus sit, nihilominus consuetudo est. c Ius autem naturale] orig. & aliquot Gratiani codices Isidor. eod. cap. 4.

d al. commodatæ restitutio.